



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Josephus ad legem de leviratu refert.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

bere solemus pannum quem sudar vocant.  
Eum apprehendunt duo testes, in quo-  
rum præsentia exponuntur verba con-  
tractus. Quibus expositis, uterque  
testis explicat oram vestis suæ quam  
deinde prehendunt partes contrahen-  
tes, eo ipso testantes se ratum habi-  
tueros, quidquid contractum fuit: Hoc  
vocatur hodie apud Judæos סוד רכש Emprio, acquisitione, possessio per su-  
dar.

IV. Sed in alia omnia Flavius Josephus abit, qui hanc historiam ex ea lege exponit, de qua superio-  
ri capite disputavimus, & extra-  
ctionem calcei ad eum ritum re-  
fert, quo à vidua leviro calceus  
detrahendus erat. Verba præstan-  
tissimi scriptoris sunt. Κακεῖνος (Boaz scil.) ἦδη μετάσπισ τῆς ἡμέρας ἀπελθὼν εἰς τὴν πόλιν, τὴν τε γεργσίαν συνῆνε, καὶ μεταπεμψάμδι Ρούζην, σκάλψας τὸ συμενῆ καὶ παραγγελμάτα Φη-  
σίν, Αβίμελέχας καὶ τῶν ὑιῶν αὐτῷ κλήρων κρατεῖς; ὁμολογήσαντο δὲ συγχωρήσαν τῶν νόμου καὶ τὴν δέρχεσίαν;  
Ἐκάλυψαν, φησίν οἱ Βόοι, εἴς ἡμισείας δει-  
μενηᾶς τῶν νόμων, ἀλλὰ πάντα ποιεῖν  
κατ' αὐτὸς ματτλεγ. ιδὲ γὰρ δέεσθε ἡκαὶ γύ-

Ioseph.  
Ant. Iud.  
l. 5. c. II.

yos 108.2

## 328 De CALCEIS HEBRAOR.

νεοιον, ὅπερ, εἰς θέλεις τῶν ἀγρῶν κρατήσαι μέν σε δεὶ καὶ τὰς νόμους. οὐ δὲ Βόος  
ηὔτε τὰς κλήρους καὶ τῆς γενεᾶς παρεχεῖ,  
οὐδὲ, συγκεντεῖ μὴ ὅπερ καὶ αὐτῷ τῷ τεττάρετον.  
εἶναι δὲ καὶ γυναικὸς λέγει  
αὐτῷ καὶ παῖδας οὐδὲ. μαρτυράμενος  
οὐδὲ Βόος τὴν γερεσίαν σκέλευσε τῇ γυ-  
ναικὶ ωτολύσας αὐτὸν αφελέσθων καὶ  
τὸν νόμον. ηὔτε τύπτειν εἰς αφέσωπον, καὶ  
γενομένης τοῦτος, Βόος τὴν γαμεῖ τὴν Ρούρην.  
Ille vero circa meridiem reversus in  
oppidum, senatum coire fecit: ac mox  
Rutham & propinquum illum accivit.  
Qui postquam venit, Abimelechi, in-  
quit Boozus, & filiorum ejus sortem  
possides. Fassus est alter possidere se,  
idque secundum legem de jure propin-  
quitatis. Tum Boozus, hancquaquam  
ex parte tantum legum meminisse opor-  
tet sed omnia juxta præscriptum ea-  
rum facere. Ecce adest mulier, quam,  
si vis possessionem agrorum retinere,  
lex te ducere jubet. At ille Boozus  
sortem & mulierem cessit, quandoquidem  
& ipse defunctorum esset cognatus.  
Sibi enim jam uxorem esse di-  
cens, & liberos. Tunc Boozus con-  
testatus senatum, jussit mulierem ad  
illum accedere, & juxta legem illi-

cat.

calceum detrahere, & in faciem incutere. Quo facto Boozus duxit Rutham.

V. Verum non unum erratum Josephi hic licet animadvertere. Falilitur enim cum refert Boozum ad τὸν δεῖνα, qui ipsi propinquior erat, dixisse: *Elimelechi & filiorum sortes possides tu, τὸν δεῖνα* vero hoc fassum esse, sed *indultu legum de propinquitate*, Boosum autem etiam ursisse alteram legis partem, qua cavebatur, si possessionem agrorum vellet retinere, Rutham esse ducendam, sed τὸν δεῖνα una cum agro mulierem cessisse. Id enim minime convenit cum ea narratione, quæ in Ruthæ historia legitur. Errat quoque cum addit mulierem solvisse calceum τῷ δεῖνῳ. Id enim omnino aliter se habet. Etenim τῷ δεῖνῳ calceum suum ipse exstraxit. Neque verisimile est ipsam Rutham adfuisse. Sane nulla Ruthæ fit mentio. Quin Naomi differte præcipit ut quiesceret, ac totum negotium committeret Boozo. Ut colligere multo proclivius sit, Rutham fuisse absentem, ac calceum τῷ δεῖνῳ nequaquam exuisse.